Nos Ülricus dei gracia Episcopus constanciensis Commissarius ad infrascripta a sede apostolica deputatus Tenore presencium
protestamur vniuersis. Quod nos auctoritate commissionis a dicta sede nobis tradite Sub cuius tenore commissionis eiusdem
Dilectos in xpo Ülricum de Wolvenschiess Ammannum totamque vniuersitatem vallis in Vnderwalden. Necnon omnes et
singulas vtriusque sexus personas ad Ecclesias Parochiales in Buchs in Stans in Kerns in Alpnach in Sarnon in
Sachseln in Giswil et in Lungern ac ad ipsarum filias seu capellas spectantes a nobis humiliter pro eorum
ipsorum parte infrascripta petentes ab excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque penis et sententiis quibuscumque a iure vel ab
homine prolatis quas incurrerunt et que in eos ac Ecclesias prescriptas et ipsarum filias ac loca ibidem late sunt
racione processuum sedis apostolice contra quondam Ludewicum de Bauaria factorum Receptoque iuramento ab eisdem parendi de
parendo mandatis ecclesie et aliis servatis observandis contentis in commissione a dicta sede super eo nobis facta sub forma
ecclesie absoluimus ipsosque sic absolutos denunciamus publice in hiis scriptis Iniuncta ipsis exinde penitentia salutari. Interdicta
quoque alia quecumque in hac parte relaxanda [illegible] in Ecclesiis Parochialibus filiis et locis prescriptis ab hoc in dictis processibus
promulgata ac in talibus relaxamus. Adicientes expresse quod si tanti huiusmodi per eos in dicta forma [illegible] effectui [illegible]
in [illegible] in [illegible] relaxabantur. Datum constancie Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo sexto
Idus Marcij Indictione octava.